



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

66 In familiam suam optimos quosque admittere administros eosq[ue] in officio continere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

nealogia non descenderent. Horat. Fortes creatur fortibus. Neque imbellem feroces generant & quila columbam.

Augustus laudatur, quòd (magnum existimans sincerum atque ab omni colluione peregriniae seruilis sanguinis incorruptum seruare populum) Romanam ciuitatem parcissimè dedit: cuius pro tributario quodam roganti, ciuitatis rogauit, immunitatem obtulit: facilius sese affmans passurum fisco aliquid detrahi, quàm Romanæ ciuitatis honorem vulgari. Suet. Claræ iam sunt Resp. non pauca factæ ob claras & opibiles familias.

SIGNVM LXVI.

In Familiâ
suam opti-
mos admit-
tere.

OPTIMOS QVOSQVE IN FAMILIAM suam admittere ministros, eosq; in officio continere.

Muret.

Orat. 4. in
Pontificis
Iurrogat.

Apuđ Xenophontem barbarus quidam adulescens, cum equum, eximia bonitatis, quæ habebat, libenter se alicui spectare virtutis donaturum esse dixisset, idq; apud Cyrû professus esset: Ego verò, ait Cyrus, ostendam tibi quomodo, etiamsi clausis oculis ieceris, aberrare à talibus non possis. Simulq; eum glebâ humi subleuatis confertissimû agmen amicorû, quos afflicte esse se habebat, iacere iussit, & Quemcumq; inquit, inquit, tu contigeris, illi equum tuum dono dato, neq; nullus sit, ne aberraueris. omniû eadem est virtus, eadem temperantia, eadē multis spectata doctrinæ fortitudo. Si de omnibus hominibus idē diceretur, ut vnus alio magis idoneus nō esset, qui in

miliam boni Magistratus, vel etiã in ipsum Senatū reciperetur, non magna deliberatione opus foret. At vnus alio lōgē magis idoneus est, ergo.

Non solūm autem Magistratus opes, & diuitiæ, *Vide Signum 38.* dignitas; sed etiam animi securitas, & oblectamentum in amicorum & familiarium sapientia, virtute, & fide consistit. Vnde Dion ad Dionysium scribit: Non vidimus Principes in Tragœdijs argenti inopia, sed amicorum penuria concidisse. Princeps, qui multos homines virtute & sapientia claros sibi coniungit, fidelibusque amicis stipatur, multis oculis, quæ sunt illi speculanda, prospicit; multisque auribus omnia, quæ sunt audienda, cognoscit, vt labi & errare non possit.

Si in amicorum, vt loquitur Seneca, *de Tranquillitate animi cap. 7.* legendis ingenijs damus operam, vt quàm minimè inquinatos assumamus, quanto potiore ratione Principibus curæ esse debet, vt domesticis ministri vitæ sint integræ, &, quoad eius fieri potest, inculpata? præiudicata enim ministrorum probitate, magna Principis innocentie animis subditorum ingeneratur opinio, vt non dicam, quàm periculosum sit prauis vti ministris.

De claritate seruitium crescit fama dominorum.
 Alexander Seuerus Palatium suum comitatumque omnem purgavit, abiectis ex aulico ministerio cunctis obscenis & infamibus: nec quenquam passus est esse in Palatinis, nisi necessarium hominem: iureiurando deinde constitit, ne quem ascriptum, id est, vagantium haberet, ne annonis Remp. grauaret, dicens, malum tutorem esse Imperatorem, qui ex visceribus prouincialium homines non necessa-

D d 2 rios,

rios, nec Reip. vtilis pasceret. Idem neminem vnquam ad colloquium & familiaritatem admittit, nisi integra probitatis fama. Verebatur scilicet, ne pestilenti oris afflatu sanctissimos mores corrumpere.

Vide de
officijs.

2. *Iulianus* à Mamertino (*in Paneg.*) sic appellatur: Omnibus nugis remotis, optimum & doctissimum quemque perquiris. Si quis præter virtutibus bellicis & laude militiæ, in amicum habetur, vltro ad familiaritatem vocatur. Quisquamque in administratione Reip. innocentem se requam & strenuum præbuit, in consortium numerum receptatur. Regendis provincijs non familiarissimum quemque, sed innocentissimum legis, omnes à te augentur pecunia, locupletantur diuitijs, honoribus honestantur.

3. *Basilus Imp.* huiusmodi consilium dat Leonis Principi: c. 18. Consiliarijs vtere ijs, qui rebus proprijs bene consuluerunt, recteque eas administrarunt; non autem qui per imprudenciam male. Nam qui suis rebus male prospexerit, nunquam ille bene consuluerit alienis. Huc pertinet *Isocr. Orat. de pace*: De publicis negotijs deliberaturi, eos in consilium adhibeamus, quibus in priuatis rebus nullos anteponeremus. Rationem dat *Socrates, apud Xenoph.* Cura, inquit, rerum priuatarum multitudine solùm à Reip. gubernatione differt; in cæteris verò similes sunt.

Vide Speculum
Cleric.

4. *S. Elzearius Comes* aded fuit seuerus in disciplina familiæ, vt apertè diceret, nollet quonquam suo pane vesci, quem mortali peccato implicatum sciret, idque exequabatur. Sciam enim expellebat, quem cognorat turpe aliquid admisisse. Multas etiam leges præscripsit, quibus

quod omnibus volebat seruari, & hanc inter alias, ut omnes aulici ac milites quoque, quos domi habebat, singulis hebdomadis peccata Confessione expiarent; blasphemias autem, imò verò Sacramenta, leuiter ac temerè pronuntiata, nullo modo tolerabat. Quia etiam sanxerat, ne quisquam alterum offenderet, quòd si faceret, statim in gratiam rediret, volebatque omnes in summa pace & concordia degere. *Platus de Offic. Card.*

cap. 23.

5. Theodor. *lib. 5. c. 36.* asserit *Theodosium Imp.* aulam suam veluti scholam instituisse, in qua ad pietatem se suosque exerceret.

6. *Sigismundus Imp.* Reges ac Principes in terris beatos esse aiebat, si exclusis superbis, mansuetudinis & humanitatis cultores in curiam adfiscerent. *AEn. syl. lib. 2. de Alph.*

7. *Constantius Chlorus* ex multis Christianis, qui in eius obsequijs erant, cupiens explorare, quibus potissimum credere posset, finxit (neque enim nostra sacra susceperat) se impio deorum cultu instaurando, aula exigere velle, & spoliare honoribus, quicumque Christi religione repudiata ad patriam superstitionem non redirent.

Vide Theodorum hist.

Ea denuntiatione multos nutare necesse fuit, quorum non erat in pietate stabilis & fixa sententia. Alij in religione perstiterunt, gratia Principis & honoribus potiorem suam salutem arbitrantur. *Constantius* ea arte suorum animis exploratis, mutata ratione in contrarium, eos, qui defecerant, à se remouit, qui Deo infideles extitissent, ipsi nihil magnæ rei tutò credi persuasus; qui perstiterant, eos clarissimos ac fidelissimos habuit.

Hac, aut simili arte Principem aulicorum mores explorare quid prohibet?

8. *Dauid* fortis, & felicis. Rex, quem ad effigiem

Dd 3

gient

*Ad aula
ministeria
fortissimi
milites de-
ligendi, vt
ad virtutē
excitentur
provincialiū
animi.*

giem optimi Principis diuini libri proponit, et
gendis populis, sacrisq; patrijs administrandis
viros fortissimos præfecit, aula ministeria obire
constituit singulis per annū mensibus præcipue
copiarum duces, singulos magnæ regy exercitus
parti cū imperio præfectos. Proh sapientiā miran-
bilē, atq; humana maiore prudentiam, vt mirum
non sit ea arte promerēdi milites, ex quo quauis
censu, angustis quamuis regni finibus, militum
gentibus iugum imposuisse, filioq; Salomoni re-
liquisse imperium ipsis Aegypti & Mesopotamie
finibus terminatum, Nilo atq; Euphrate ditissi-
mīs flumijs, quod fore aliquando diuinitus ve-
ticinijs erat pronuntiatum. Psalm. 100. v. 7. *Non
habitabit in medio domus mea, qui facit iniqui-
tatem, qui loquitur iniqua, &c.*

9. *Henricus Castella Rex, cognomēto Notō, moriens
filiō suo consiliū memorabile reliquit. Prouincia tria
hominum genera versari, quoslibet, qui hosti suo, qui
neutris adhaerere. Primis data beneficia conseruaret,
honestatē, honores, gratiam; sed ita fidei eorum credēdum,
vt perfidiam, leuitatemq; vereretur: alteris satis tuto
res communes posse cōmendari, cōstanti hominibus
genio offensam officio compensaturis, fidem ob-
ligentia atq; industria approbaturis: postremo
in officio contineret iurisdictione, legum cura
regni ne vllam partem attingerent, quippe pro-
uata commoda publicæ saluti potiora semper
habitori.*

Maxima quæq; domus seruis est plena superbia.
10. Verissimē scribit Cominæus lib. 3. *Caesari.*
Nullum maius indicium bonæ mentis Principis
potest ostendere, quàm vt adiungat sibi, & faciat
latere.

hariter vtatur,) viros virtute & fama celebres: nam omnes statim iudicabunt eum talem esse, quales ij, qui apud illum. Qua quidem in re maxime prouidus erat ac diligens *Ludouicus XI.* nam qui virtute aliqua singulari præditi essent, eos magno in honore semper habuit. Huc pertinet illud *Senecæ epist. 94.* Nulla res magis animos in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quàm honorum virorum conuersatio. Paulatim enim descendit in pectora, & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, aspici frequenter. *Occlusus, me hercule, ipse sapientum iuuat, & est aliquid, quòd ex magno viro vel tacente proficias.* Nec tibi facile dixerim, quemadmodum proficit, sicut intelligo profuisse. Minuta quædam, vt ait *Phædon*, animalia cum mordent, non sentiuntur, adeò tenuis illis & fallens in periculum vis est; tumor indicat morsum, & in ipso tumore nullum vulnus apparet. Idem tibi in conuersatione virorum sapientium eueniet, non deprehendes quemadmodum, aut quando tibi proficit, profuisse deprehendes.

Contra quis non vsu deprehendit, animos nostros deprauari assidua frequenti quæ prauorum conuersatione? *Serpunt*, ait *Seneca epist. Patran. Vicia, & in proximum quemque transiunt, & contactu nocent.* Hinc *Agapetus ad Iustinianum Imp.* Qui cum hominibus improbis semper versatur, cum vel pati, vel discere malum aliquod necesse est: qui verò vnà cum bonis degit, vel imitationem honestorum edocetur, vel diminutionem vitiorum condiscit.

Dd 4

Adhwe

Adhæc sæpe boni Principes ministrorum pe-
peram gestis rebus enormiter infamantur, atque
adeo quidquid ab aulicis peccatur, in Principis
infamiam cuditur, eique, ceu omnium auctori
imputatur. Ideo Ilocr. ad Principem suum ait
Nullius improbi ministerio vitior: nam quod
quid ille deliquerit, tibi, velut auctori, imputa-
bitur. Neque id mirum, cum non careat seruo
lo societatis occultæ, qui manifesto facinoroso
sinit obuiare. (*c. qui potest 23. q. 3.*) Hinc Mecæna
hortabatur Augustum Cæsarem: Nulli am-
rum aut officialium tuorum nimia est indulgen-
da potentia: sed ita ijs moderandum, vt nec
culpam aut reprehensionem conijciant. Quo-
quid enim recte, vel secus egerint, id verum
adscribetur; talemque te cuncti censebunt, qui
lia eos facta exercere permiseris. *Dio lib. 7.*

11. *Aurelianus imp.* seruos ac ministros peccato-
tes coram se cædi iubebat. *Vopiscus.*

12. *Claudius* seruum suum, qui quendam illu-
strem virum probro affecerat, in forum mitti
flagris concidit. *Dio lib. 60.*

13. In aula *Traiani* tantum vbique erat stilo-
tium, tam altus pudor, vt ad paruos penates & de-
rem angustum ex domo Principis modestia
tranquillitatis exempla referrentur. *Plin. Paneg.*
Atque hoc est, quod Cicero à Q. Fratre Africano
Proconsulari imperio administrante postulat.
Sint, inquit, hæc fundamenta dignitatis tue, no-
primùm integritas, & continentia; deinde omnia
qui tecum sunt, pudor.

14. Huc pertinet elegans hæc Constitutio *Con-*
stantini imp. quam ad vniuersos Prouinciales
scripsit: Si quis est cuiuscunque loci, ordinis, &

nitatis, qui se in quemcunque Indicum, Comitum, amicorum, vel Palatinorum meorum aliquid veraciter & manifestè probare posse confidit, quod non integrè atque iustè gessisse videatur, intrepidus ac securus accedat, interpellet me, ipse audiam omnia, ipse cognoscam, & si fuerit comprobatum, ipse me vindicabo: dicat securus, & bene sibi conscius dicat; si probauerit, vt dixi, ipse me vindicabo de eo, qui me vsque ad hoc tempus simulata integritate deceperit: illum autem, qui hoc prodiderit, & comprobauerit, & dignitatibus, & rebus augebo. Hanc Constit. edidit, vt Magistratus, & sibi ministrantes in officio contineret. (Ex l. 4. C. Theod. de accus. Baron. Anno Christi 325.)

16. Quia Reges Gallie morum integritatem à suis, maximè domesticis, desiderabant, sic loquuntur in Palatinis Constit. Qui in Regia contumeliam aut verba famosa in alium iecerit, quiue mentiri alterum, etiam propulsandæ iniuriæ gratia, dixerit, mox carceribus tradatur, pœnaque pro atrocitate iniuriæ ei representetur: Qui in coenaculo Regis, aut Reginae alium mentiri dixerit, aliamue contumeliam intulerit, illicò ad supplicium rapiatur. Qui in Regia pugno, aut armis quem pulsauerit, vel percusserit, pugno an capite pœnas luat. Et: Tepebitur Præfectus Prætorio quotquot hebdomadibus summarie inquirere in omnes noxas, easque referre ad sanctius nostrum Consilium, vt hoc pacto rerum perperam in Curia nostra gestarum reddamur certiores. Lib. 18.

Constit. Henrici 3. t. 32.

(:)

Dd 5

SIG.